

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputatio Moralis, Qua Thema Paradoxon, De  
Liberalitate Pauperum, In Per-Illustriad Albim Academia  
Praeses M. Joannes Gothofredus Forbigerus, &  
Respondens Joannes Christophorus Forbiger, Aurobaco ...**

**Forbiger, Johann Gottfried**

**Vitebergae, [1701?]**

**VD18 12907553**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15891**

V I R I S  
Magnificis, Summe Reve-  
rendis, Amplissimis Ex-  
cellentissimisque

A Potentissimo Poloniarum Rege &  
Serenissimo Saxoniæ Electore ad munera,  
quæ dicunt Stipendia, eroganda gravissime constitutis,  
& de Alumnorum Vitebergensium vita aequa  
ac salute maxime sollicitis,  
&c. &c. &c.

Suis Mecoenatibus, Evergetis & studio-  
rum Promotoribus pio animo nun-  
quam non colendis

*Firmam vitae incolumitatem fortunaeque constantiam  
precati hoc opusculum dicant conse-  
crantque*

Praefes & Respondens,  
Alumni Electorales.





## Προόμιον.

**V**a et praeter omnium opinionem sunt seu fiunt, illa Graecorum Scholae appellare consueverunt paroха, ha-  
c etenim in omnium gentium linguis & studiis cultioribus ita  
usitata, ut vix librum perlegere queas, ex quo non ingen-  
tem paradoxorum cumulum colligere possis. Saepe in nonnullorum  
sermonibus eas loquendi rationes reperies, quibus quid significetur, vix  
intelliges, si primoribus saltē, quod dicitur, labris has gustaveris,  
usque dum paulo curatius in tales inquisiveris: Et ejusmodi dictiones  
communiter Schematum paradoxorum nomine eruditis veniunt,  
de quibus, ut observavit sic dictum Forum Romanum, sub titulo Para-  
doxi, haec talia habet Rufinianus: Paradoxon sive hypomone,  
sustentatio & inopinatum. Hoc schema suspendit sensum,  
deinde subjicit aliquid contra expectationem auditoris, sive  
magnum, sive minus, & ideo sustentatio vel inopinatum di-  
citur. Qui de puriori Latinitate nunquam non sollicit⁹ fuit, Latinorum  
omnium eloquentissim⁹, CICERO, vocabulum paradoxorum per admirabili  
expresſit, quando L. IV. de Finib⁹ inquit: Haec paradoxā illi,  
(loquitur autem de Graecis) nos admirabilia dicamus. Id. vid. de  
paradoxis. Horum admirabilium seu paradoxorum varia variis generis  
in variis auctoribus subinde obvenire exempla Tibi, Benevole Lector, fir-  
miter velim persuadeas. Institutio ratio non patitur, ut in praesenti  
de iis prolixiores simus; alias enim vel centum, & quod excurrit, ex-  
empla ex totius Philologiae, Philosophiae & Divinioris Theologie latissimo  
campo hic afferre facillimi esset negotii: Vela igitur contra-  
hemus, unum illud itemque & alterum jam modo proposituri. In Phi-  
logia in primis ea eminent paradoxā, quae, licet saepius vocibus absol-